

# **Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XLVI. Declaratur in hac decisione, quod exemptionum privilegia,  
quantum vis ampla & prægnantia concessa alicui, non inducunt  
exemptionem rei, contractus, vel delicti, conceruentium loca ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

d. curam concernunt, uti in casu speciali matrimonii contracti in Ecclesia seu Capella exempli cum praesenti solius Episcopi determinavit Rota decif. 233, numer. 29. & 30. par. 10. recent. & dec. 305. numer. 9. par. 11. nisi exemptione pro causa sit, quae Ecclesiam curatam pleno jure subjicit Prelato inferiori per quam videlicet tribuatur eidem plenaria iurisdictio in clericum & populum fuit dictum in Rotarum Card. Manic. decif. 302. per tot. & in recent. decif. 71. numer. 3. par. 14.

## DECISIO XLVI.

Declaratur in hac decisione, quod exemptionum privilegia, quantumvis ampla & prægnantia concessa alicui, non inducunt exemptionem rei, contractus, vel delicti, concernentium loca minime exempta.

*Est invenient. decif. 364. par. 7*

R. P. D. Ghislerio.

Auximana Census.

Luna 23. Junii 1636.

### S U M M A R I U M

1. Exemptus quantumvis si aliquis statim conveniatur ratione rei sit a extra locum exemptum, potest coram iudice rei sita conveniri.
2. Cap. volentes 1. de privileg. in 6. in Concilio generali Lugdunensi fuit compilatum.
3. Exemptionis privilegia, quantumvis sint lata, non includunt exemptionem rei, contractus, vel delicti concernentia loca non exempta.
4. Exemptionis plena privilegium, quantumvis latum, non includit locum non exemptum.
5. Resubiecta, potest quis conveniatur reali, non obstante quocunque privilegio generaliter concesso, quod unum posse conveniri, nisi sub certo iudice.
6. Contractus, rei, vel delicti ratione quae efficiuntur de jurisdictione iudicis illius loci, quantumvis contrahens sunt emptus, licet non dicatur, vel significatur subditus.

- 7 In exemptione quacunque habet locum cap. i. de privil. in 6. & est intelligentium de privilegio plena exemptionis, quantumvis late. & numero 12.
- 8 Actio realis principaleiter respicit rem ipsam, & quodammodo ipsi rei videatur cohacerere.
- 9 Reus actionem realem defendere tenetur in loco, in quo sita est.
- 10 Et habet hoc locum, etiam si reus habeat privilegium, neteneretur respondere, nisi coram certo iudice. & numero 11, 12.
- 11 Clavis derogatoria, intelligitur semper quatenus ea, quibus derogatur, contrariantur dispositis.
- 12 Clavis derogatoria, intelligitur semper quatenus ea, quibus derogatur, contrariantur dispositis.
- 13 Clavis derogatoria, intelligitur semper quatenus ea, quibus derogatur, contrariantur dispositis.
- 14 Clavis derogatoria alicuius legis, vel statuti eatenus legem vel statutum revocare videtur, quatenus cum ipsa legi revocante repugnanciam continet, & non in plus.
- 15 Ordo Cisterciensis habuit privilegia plena exemptionis, & post conditum cap. i. de privileg. in 6. impetrarunt ab Innocentio IV. ne d. cap. derogaret privilegium sua exemptionis.
- 16 Exemptio quantumvis plena, nunquam includit tres casus.
- 17 Concedi aliquod novum nunquam intelligitur, si concedatur illud idem, quod erat concessum de iure communi.
- 18 Caput volentes, & de privilegiis in 6. non intrat, quando exemptio est restricta ad certam speciem jurisdictionis, vide num. 20. & 21.
- 19 Bonorum appellatione veniente bona ubicunque existentia.
- 20 Cause, & actiones super rebus agitate dicuntur quodammodo inherere ipsi rei.
- 21 Actio realis, & in rem scripta quoad forum equiparantur.
- 22 Cap. volentes, i. de privileg. in 6. non procedit, quando exemptus non fuit repertus in loco res sita, ita ut non possit fieri definitiva contra ipsum, quamvis fuerit citatus.
- 23 Procuratores personas Dominorum representant.
- 24 Possessor conveniens potest actionem reali.
- 25 Crues alius loci, superiori non contradicente, possunt in eorum praejudicium prorogare jurisdictionem eorum, quibus circumscripta exemptione erant subjecti.
- 26 Falsitatis omnem occasionem possunt tollere administracula.
- 27 Possidere, si quis affirat, non inde sequitur per se perceptio fructuum, ne realis insufficiencia.
- 28 Possessio instrumentalis non probat perceptionem fructuum.
- 29 Manutentio non tradit possessionem, sed traditum, vel habitum declarat, seu confirmat absque alia executione.
- 30 Fructus presumuntur percepti a vero, & corporali posse.
- 31 Fructus videntur a die mortaliis.
- 32 Manutentio competit ei, qui nunquam desit possidere.
- 33 Fructus sententiam quando pars adversa vult infirmare ex noviter deductis, na liter partii, qua eam obtinuit, ex noviter deductis eam defendere.
- 34 Associatio, ut obscuretur, non sufficiunt

Dd

cunct

- cuncti leviores probitiones.
- 38 Heretenerit servare factum defuncti.
- 39 Fruetus dotti a marito exigi non possunt, si non sustineat onera matrimoni.
- 41 Recepito in solutum est vera solutio.
- 42 Solutionem in solutum mulier posset recipere ab aliis solemnitatibus.
- 43 Confessio, si habeat relationem ad aliquod instrumentum, eo non exhibeo, non credo referentia praedictum.
- 44 Confessio facta absente parte non obest.
- 45 Hypoteca limitata ad tempus solutionis non retrorahitur ad tempus prorogationis, sed incipit a die traditionis.
- 46 Possesso non extenditur propter creditum illiquidum.
- 48 Statuta exclusorum feminarum non excludit eas, nisi ab hereditate dominis.
- 49 Filius, vel filia, sive agendo, sive excipiendo tenetur probare aditionem ha-
- reditatis matris, quia in ea non datur suitas, sicut in patre.
- 50 Circa lucrum dotale attendunt bulletum viri non auctens uxori, & unius merito 52.
- 51 Statutum Lauretanum non definictrum dotale, &c num. 54.
- 53 Bononius, dotti 22. Maii 1619. cum Burratio, declaratur.
- 55 Statutum Montis Filatranii defunctionis dotis infra annūque restitutio, dotis infra annūque restitutio.
- 56 Constitutio March. de minoribus nullat ipso iure contrahitis minoribus celebratis sine solemnitatibus ipsiatis a dicta confusione.
- 57 Contractus celebratus cum minus sine solemnitatibus non tenet ipso iure, sed secundum est contra.
- 58 Solemnitas in contractibus minoribus sunt inventa ad eorum voluntatem.

**I**n hærendo decisioni in hac causa facta coram me, 10. Martii præteriti, cœligerunt DD. suffitneri resolutionem ad favorem D. Camilli Riancini pro illum inutentio in possessione bonorum, de quibus agitur, quam vigore sententia missionalis in Salviano obtinuit à locutente Gubernatore Marchie, quia dicta sententia validitas, & justitia subficit ex deductis in eadem decisione, & quia hærendo replicantur pro Ricardis, non tollunt fundamenta decisionis.

Siquidem primum motuum ratione jurisdictionis, ex quo fel. record. l'ulus Quintus non solum Cives Lauretanos existit à jurisdictione cuiuscunq[ue] alium, sed etiam illorum bona, ut in motu proprio sub datum Tusculi Quarto idus Septembris anno 1620. nihil facit, quod minus ex natura à actionis Riccardi quantumvis Cives Lauretani non possent conveniri coram Justice, in cuius jurisdictione erant bona, quia ponderatis verbis exemptionis, de quâ in motu proprio, ibi, eandemque Civitatem Lauretanam, eiusque districtum, Comitatum, & Territorium, ejusque homines, res, & bona, iura, causas, & actiones quascunque à predicta legatione, seu gubernio provin-

provincia Marchia fuisse, & esse penitus, & omnino separatas, & separatae &c. patet de-  
signum esse exemptionem Civitatis, Districtu, & Territorii, ejusque hominum, re-  
rum, & bonorum: ideoque non comprehendere personas, res & bona extra Civita-  
tex us in cap. i. de privil. in 6. ubi in exempli, limites libertatis excedant, declaratur, 1  
quod, quantumcunque sint exempti, si tamen convenienter ratione rei sita extra lo-  
cum exempli, possint coram Ordinario ratione rei sita conveniri, ponderando  
principiū illud verbum quantumcunque sint exempti, quod denotat exemptionem  
quantumvis amplam recipere predictam interpretationem datum ab Innocentio  
Quarto in Concilio generali Lugdunensi, ubi compilatur fuit dictum *Capitulum 2*  
p̄mam de privil. in 6. & Gemin. ibid. num. 3. inquit, nota quod privilegia exemptionis  
quantumcunque sint lata, non includunt exemptionem ratione rei, contractus, &  
vel delicti concernientia loca non exempta, & Franc. num. 2. ait: secundū, tenemen-  
ti, quod privilegium plenae exemptionis, quantumcunque latum non includit ex- 4  
emptionem, ratione delicti, contractus, vel rei, de qua agitur, dummodo locum non  
exemptum concernat, & Paul. de Cast. in l. fin. in prim. vers. item ratione possessionis C.  
ubin rem. actio exerceri debet, dicit, in loco, ubi est res, potest quis convenienti actione s  
reali, non obstante quocunque privilegio generaliter concessum, quod non possit  
conveniri, nisi sub certo Judge. Patet ergo, quod ratione delicti, contractus, vel  
delinqens sit exemptus, licet non dicatur, nec efficiatur subditus, secundum *Gloss.*  
*singularē*, in verb. *subditos*, in *Clement.* i. de for. compet. & del. Text. in d. cap. i. de pri-  
vil. in 6. habere locum in quacunque exemptione, & esse intelligendam de privile-  
giō plenae exemptionis, quantumcunque lato, pluries firmavit facta Congregatio  
Concili, & renuit Rota in Baron. jurisdictionis. 20. Maij 1603. coram Eminentiss. Card.  
*Vero* p̄sō q̄ ratione, quia actio, quā agitur ad rem principaliter, respicit rem ipsam, &  
quodammodo ipsi rei videtur collaret, §. omnium in pr. de action. l. fin. Co. de pre-  
script. long. temp. l. non alias, §. fin. ff. de indic. & idem reusā defendere teneatur in loco,  
in quo sita est, ex quā ratione infert Barbos. in l. bares absens, §. proinde, in art. de foro  
ratione rei sita. ff. de judic. num. 3. hanc conclusionem procedere, etiam si reus habeat 10  
privilegium, ne teneatur responderet, nisi coram certo judge: Nam non obstante 11  
privilegio teneatur rem defendere, ubi sita est propter rationem, de qua supra.

Non obstat amplitudo verborum privilegii deducta ex illis dictioribus, penitus  
& omnino, &c. & infra, perpetuo separamus, & plenissime eximimus, &c. quia ex su-  
piā allegatis probatum fuit. text. in d. cap. i. procedere in privilegio plenae exemptionis, 12  
quantumcunque lato, nec decisio Roi. in Casaragustana Cameraria 26. Novem-  
bris 1632. coram R. P. D. meo Pirovano, applicatur huic casui, ex quo procedit in di-  
versis terminis, ut ex lectū patet.

- Patiter nihil facit derogatio Concilii universalibus, de quā in motu proprio  
 cum clausula, quorum tenores, quia privilegium integrum plura alia continet, quibus  
 applicari potest dicta derogatio, non autem solam iurisdictionem, & clausula  
 derogatoria intelligitur semper, quatenus ex quibus derogatur conseruantur dispo-  
 sitiones, Alex. conf. 7. num. 17. lib. 7. Ad quod facit Theorica, Bart. in extravag. ad repre-  
 sentationem clausulae revocatoria alius cuius lego-  
 mandam in verb. non obstantib. num. 12. ubi quod clausula revocatoria contineat, vel statuti, eatenus legem, vel constitutionem revocare videtur, quatenus compa-  
 lege revocante repugnatiam continet, & non in plus. Hoc dictum refer Alex.  
 conf. 22. num. 2. lib. 1. Ludov. Gomez. in cap. 1. num. 135. de constit. lib. 6. Rom. conf. 57. num.  
 1. Et 2. Rota coram Manc. de c. 104. num. 5. & in terminis etiam fortioribus specie-  
 derogationis extat doctrina Gemin. in d. c. 1. §. in eos autem de privilegiis. in 6. num.  
 9. dicit Ordinem Cisterciensem habuisse privilegia plena exemptionis, & post titul. Capitulum, imparatus ab Innocentio IV. auctore istius, ut fuit dictum supra, ne istud Capitulum derogaret privilegiis suis exemptionis, sed cum dubitaretur, nul-  
 quid coram ordinario possent conveniri super decimis provenientibus ex fundo-  
 suis in loco non exempto, quia Papa concesserat eis, quod istud Capitulum ab  
 praedictis, & refert, se affirmative consuluisse, & suo consilio subscripsisse, quibus  
 omnes Doctores Bononienses, quia inquit de jure communi ante praedictum Ca-  
 pitulum casus praedictos non fuissent comprehensos in privilegiis, licet igitur Papa  
 concesserit gratiam Cisterciensibus, ne per praedictum textum praedictaretur, his  
 privilegiis; atamen non per hoc sequebatur, ut virtus comprehensiva privilegio-  
 rum extenderetur ad casus de quibus dicto Textu, & Franc. in dicto test. legatur  
 hanc opinionem ea ratione, quia quantumcumque sit plena exemptione, nunquam in-  
 cludit dictos tres casus, & num. 1. vers. efficit tamen ex hoc, infert: esse necessarium quod  
 in privilegio declaretur quod in his tribus casibus, coram ordinariis conveniunt non  
 possint, alias per simplicem derogationem praedicti Capituli non censeretur concilium  
 iurisdictione in dictis casibus, & propterea in dicto casu Cisterciensium, Papa con-  
 dendo, quod ista decretalis in nullo derogeret illorum privilegiis, bene dixit, quia illa  
 privilegia, non includebant istos tres casus, ergo eis non derogavit, nec potest ha-  
 vis in illo verbo: Concedimus, per quod videtur aliquod de novo concessum, qui  
 quoties conceditur illud idem, quod erat concessum de jure communi, nunquam  
 intelligitur aliquid novum concedi ut patet in a. Et Christus in fin. de iure, Glos.  
 in c. 1. derec. p. quod doctrina faciliter procedunt isto casu, ut quo, neque in dispo-  
 litivis, neque in exequitivis adest specialis derogatio dicti Capituli primi.  
 Nec relevat, quod cum exemptione, de qua agitur, non sit generalis, sed restricta  
 ad certam speciem iurisdictionis, nempe legationis, seu gubernii provinciae Marchie  
 inferatur non intrare dispositionem dicti Capituli ex traditis per Covar., pract. qua-  
 dio. Capit. 11. num. 5. quia distinctione data à Covar. reprobatur in terminis à Rotam  
 d. Baron.

A. Baro, iurisdictionis coram Eminentiss. D. Card. Vero spio, ubi supra num. 4. & idem  
Civard, num. 5. in vers. igitur in summa, &c. explicat, ut non procedat dictus Tex-  
tus, quando conceditur certa species jurisdictionis, vel eximuntur personæ absque  
circumscriptione loci, tunc autem, quando privilegium est certè loco cœrum.  
scipit, quia eo casu delinquens, aut contrahens, extra illum locum, etiam si jure  
communi fuerit exemptus, ac juris communis privilegio munitus, poterit puniri  
per Judicem illius loci, ubi deliquerit, & apud eum Judicem tenebitur ex contracta  
respondere, qui Judge est illius loci, ubi contraxit. Nos autem verfamur in hoc se-  
rundo casu, ut patet ex verbis.

Quod motus proprius fel. recordi Pauli V. expresse separat bona, & causas  
quæcumque; & appellatione bonorum veniant ubiunque existentia, tollitur exle-  
tura ejusdem privilegii, in quo non exprimitur bona Lauretanorum, sed bona  
Civitatis, Districtus, & Territorii ibi, eandemque Civitatem Lauretanam, eiusque  
districtum, Comitatum, & Territorium, ejusque homines, res, & bona jura, causas, &  
actiones quæcumque &c. unde non veniunt bona, quæ sunt extra civitatem, distri-  
ctum & Territorium, ut fuit dictum supra; quod autem causa, & actiones super  
rebus agitate dicuntur quodammodo inherere ipsi rei probatur ex l. fin. de Judic. &  
l. per Barbo, ubi supra idemque procedit in actione in rem scripta, quia quoad fo-  
rum aquiparatur actio realis, & in rem scripta, ut dicit Innoc. in C. dilectus, il. secundo  
descripti cap. ex parte de for. compet. Tiraquel, in tral. dignag. §. 8. Gloss. 5. in princ. usque  
ad num. 15. Altera difficultas, quod dispositio dicti Textus non procedat, quando  
exemptus non fuit reperrus in loco rei sita, ita ut non possit fieri definitiva contra  
ipsum, quantutvis fuerit citatus, cessat ex eo, quod sufficit Judicium fuisse agitatum  
cum ejus procuratore, quia perinde est, ac si Lauretanus ipse fuisse citatus, cum Pro-  
curatores personas Dominorum representant, uix allegatis per Vinc. de Franch. dec.  
177. num. 5. & seqq. & allegata in contrarium procedunt, quando ageretur actione:  
personalis ex promissione facta ubique solvendi, sed quando actione reali fecus, quia  
quando Procurator est in specie constitutus pro defensione rei, ut in isto casu.  
27

Subsistit etiam aliud fundamentum decisionis, quod Lauretani superiori &  
prorectore non contradicente, qui potest causam avocare, & realiter mere, si velit, non  
obstante prorogatione, possunt in proprio prajudicium prorogare jurisdictionem  
eorum, quibus circumscriptæ exemptione erant subjecti, ut declarant Nati. Surd. &  
ali allegati in decisione, & ita tenuit Rotari Casalen. de Carenis 2. Maii 1582, co-  
ram Comitibus, & sic multo minus possunt post sententiam dare de defectu juris-  
dictionis.

Non obstat secundum motivum contra decisionem deductum ratione ex-  
cessus, ex eo, quod ante dictam sententiam D. Rinuccinus fuit associatus, unde præ-  
sumitur

D. d. 35

sumitur percepisse fructus, & sic summam scutorum 326. pro quibus tunc egit, &  
 quæ polka fuerunt comprehensa in dicta sententia immisionis, de cuius validitate  
 agitur, quia subtiliter responsio decisionis, quod non constat de effectuatione dicta  
 mandati de associando, quia non fuerunt ejeci Francisca, & Rascantes, ut ex ob-  
 fessione Franciscæ, quæ fuit uxor Simonis Gentiloni debitoris census quoad unum  
 medietatem tenet, de quâ confessione in instrumentis de anno 1628. & de anni  
 29 & in litteris datis in summatio, & ponderatis in alia decisione, quæ licet sint scripti  
 tertio, attamen cum obierit de An. 1628. & esset affinis & agens Francice, celi-  
 spicio, & deferviunt pro adminiculo. Et ex detentione Aurelii Rascantis, quod aliam  
 possessione Franciscæ captâ, continuatâ, & renovatâ, ac inhibitione alteri parti pro-  
 sentata, quæ a adminicula tollunt omnem occasionem falsitatis, 1. instrumento Codice  
 probat. Rota in Ferrarien, pecunaria 24. Jan. 1629. coram R. P. D. meo Mornanno. Quæ  
 bus statibus parum refert, quod D. Rinuccinus in monitorio, super manutene-  
 30 in possessione exequito contra eandem Franciscam, assertuerit se possidere, quia ade-  
 nos sequitur per necesse perceptione fructuum, neque realis insistentia, Rota def. 31  
 num. 2. par. 3 recent. & in fortioribus terminis de possessione instrumentalis, quod  
 non probet perceptionem bon. mem. Card. Cavaler. decif. 138. per tot. præterim incu-  
 curſu aliorum contradicentium & possidentium.  
 Non obstat, quod saltem præsumatur percepisse fructus ex illa medietate in  
 qua Rascantes obtinuerat mandatum de manutendo de Anno 1627. & si post  
 annum à die mandati de associando, quia objectum procederet si Rascantes aque-  
 visset executioni per annum, sed constat, ipsum copiisse agere ad manutencionem de  
 eod, Anno 1626, quo D. Rinuccinus obtinuerat mandatum de associando, quod  
 sufficit, & si non doceatur de executione mandati de manutendo, quia id probat,  
 32 cum continuasse in anteriori possessione, eò quod manutentio non tradit possi-  
 nem, sed traditam, vel habitam declarat, seu confirmat abique alia executione, ubi  
 ne animadvertis Menoch. de retin. remed. ult. nu. 57. Rot. coram Seraph. decif. 1295. nu. 4.  
 Ideò fructus Anno 1626, præsumuntur ab ipso percepti, cum esset verus, & corpo-  
 ralis possessio, qui cum non fuisset citatus in associatione concessa D. Rinuccino,  
 probata illius possessione obtinuit manutendinem, per quam fuit saltem relata  
 33 associatio D. Rinuccini, & omnia redierunt ad primum principium, ex quo fructus  
 veniunt à die moræ litis. Unde excluditur præsumptio perceptionis fructuum, &  
 probatur respectu medietatis tenet, quæ possidebantur à Franciscæ, eam impedi-  
 le exequacionem mandati vigore inhibitionis ratione suæ doris. Reliquæ vero me-  
 dietas, quæ de tempore associationis possidebantur per Rascantem, justificatur er-  
 itam paulò post associationem obtinuisse mandatum, & sic indubitatum est, intrare  
 34 supra deducta, cum nunquam desierint possidere, alias illi non competit et manu-  
 entio, sed reintegratio.  
 Non

Non obstat quod iura probantia dictam associationem non habuisset effectum, non fuerint producta per D. Rinuccinum coram Judge de partibus: quia non fuit opus, ex quo tunc non fuit oppositum de praetorio excella, & dum hodie pars vult confirmare sententiam, ex novitate deductis sita licet etiam ex noviter deductis illam defendere, Rot. decr. 68. nn. 10. & 11. post Pacif. de falso. cum alii per adden. ad decr. Greg. 274. sub num. 9. quare cum præterea perceptio fructuum non proberetur, nisi præsumprivè, & concurvant tot conjectura in contrarium, talis præsumptio non habet locum, maximè quia ad effectum obscurandi dictam associationem sufficiunt leviores probationes; & quod nos sufficiat ad istum effectum possesso instrumentalis, dixit Rota coram bon. mem. Cavalier. d. decr. 138. nec est adhibenda fides testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis ex deductis in aliâ decisione in §. Neofacit.

Minus subsistit objectum anterioritatis dictis Francicæ, & Septimia, quia cum loca Montium fuerint alienata à Luca Feo dictis promissore, cuius fuit hæres Francicæ, quia propterea tenetur servare factum defuncti, Iur. à Maire C. de rei vend. 38. in dñi uita tenebatur solvere fructus dictorum locorum Montium, que à viro ex geno potuerant, cum onera matrimonii sustinerit, Gloss. in l. de evictione ubi Bart. & Alex. num. 12. & Socin. num. 9. ff. solut. maritim. Iaf. in l. si donataris §. 1. num. 16. ff. de condit. ob caus. Castr. cons. 11. num. 4. vers. quatenus autem lib. 1. Surd. cons. 29. num. 31. vol. 2. creditum vero Cataneorum minus fuit à S: mon: exactum, sed tempore illius obitus extabat, & à Francicæ fuit celsum Riccardis, per quam cessionem 40. & consequenter intrat satisfactio, cum receptio sit vera solutio, Decr. cons. 99. num. 4. Surd. cons. 145. num. 29. quam solutionem potuit mulier recipere sine solemnitatibus. Manic. decr. 344. num. 7. & fuit dictum in Romana Salviani. 9. Decembri 1633. coram Reverendiss. D: meo Decano. quo verò ad prætensam solutionem alterius crediti scutorum 900. in alia decisione fuit dictum, illam non probari, nisi per confessio- neum habentem relationem ad aliud instrumentum, quo non exhibito, non creditur referenti in præjudicium tertii, licet quantitas sit expressa, ut distinguit Gratian. decr. 43. Marchia 163. num. 16. & 17. & cõ magis, quod dicta confessio emanavit Cataneis abuentibus, & tempore, quo census venditus erat D. Rinuccino, cui propriea non obest, ut de commun. Negus. de pignor. in s. Alem. 2. part. sub num. 76. Manic. de rati lib. ii. n. 20. n. 25. sed quatenus revera Simon receperisset dicta secura 900. nihilominus Francicæ transiendo ad secundas nuprias secum alportavit vestes, & alia orna- menta pretiosa habita à primo viro, nec non suppelleæ illa, & tradidit Riccardis credi- tum Accorrectorum debitorum Simonis, nonnulla animalia, & præter bona in do- tem data, quæ erant Simonis, alia pro se retinuit, ut in Capitulis matrimonialibus, ac per plures annos percepit fructus omnium honorum, quo sit, ut nisi sit inducta solu- 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.

tio, saltem creditum sit adeo illiquidum, ut non potuerit impedire iurismissionem  
D. Rinuccini, ut firmatum fuit in alia decisione, unde si Franciscā non habebat  
contra bona Simonis primi Mariti, non poterat illud cedere, nec aliter transfratre  
Septimiā filiam, neque in Philippum secundum vitum. Sed dato etiam quod fin  
cīca habuisset jus, & actionem in bonis Simonis primi viri, adhuc tamen non sub  
varet, cum Procurator dīti Simonis, qui contraxit sponsalia, non habebat modu  
lum, nisi ad obligandum bona illius, postquam dos soluta fuisset, ideoque licet pp  
baretur solutio, non suffragetur, nisi etiam facta esset ante instrumentum enī  
tempus promissionis, sed incipit à die traditionis, ut in terminis tenentur. *Theor.*  
*g. 16. num. 8. lib. 4. Grivell. decif. 133. num. 26.* imò quatenus fuisset etiam. Creditus  
ter, attamen non competuisset ei retentio, quām potuerit alii communicare, nā  
fimil cum Simone viro jure familiaritatis, ita, quod non competebat in eis rem  
quæ tamen competit in domo, vel mobilibus, vel in aliis jure familiaritatis, ab omni  
possessis, non autem prædiis rusticis, & alii, quæ non probantur ab ipsā posselli  
vente viro, cum talis possessio non extendatur de read rem, ut in specie tenuisse  
*Aretin. conf. 77. num. 25. & Gabr. conf. 3. lib. 1.* ubi concludit Vincentiam, quoniam  
viro Cajete vixit, possessionem domus posita in Urbe, quām vivo viro jure fami  
liaritatis non detinuit, occupare non potuisse, nec determinare posse: sed semper firmum  
remanet motivum decisionis, quod cum constet, Franciscā ex pluribus corpori  
bus honorum, q. Simonis primi vii percepisse fructus, prætensum creditum effectu  
fuit illiquidum, & nisi item liquidetur, non potest dici constare de credito liquido  
allegatas, firmavit *Rota in recent. decif. 609. num. 4. par. 4. & decif. 411. num. 24. & 16.*  
*par. 5. ultimō loco impress.* si igitur Franciscā non competit retentio in illis bonis,  
multo minus, competitore potest Septimiā, quatenus etiam subsisterent tituli ab ea  
prætensi, cum non possit majora jura habere, quām haberet ejus Mater; sed neque  
dīti tituli subsistunt.

Nam respectu tituli dotalis bona, de quibus agitur, data fuerunt pro medietate  
dotis Septimiā, & in hac ipsa est Creditrix posterior ipsi D. Rinuccino, quia census  
fuit impositus a Simone anno 1614. & Septimiā nuptia Hieronymo de anno 1629.  
Quo verò ad aliam medietatem pro dote Franciscā, illi succederunt filii primi ma  
trimonii, qui fuerant heredes Simonis debitoris sine beneficio legis, & inventarii  
fuit consideratum in decisione in § seruum obiectum.

Nec subsistit, quod per mortem Franciscā Septimiā ejus filia nupta Hierony  
mo succederit in tertia parte, cuius ratione informantes pro Riccardis prætendunt  
subsistet anterioritatem, quia omisso, quod Franciscā reliquit quinque filios, & sic

parte Septimia; non fuisset tertia, sed quinta, DD. censuerunt obstatore statutum Mon-  
tis Filatranii exclusum fœminarum inter hæredes Franciscæ filios primi matrimo-  
ni, cum filii & parentes sint de dicto loco M. Filatranii.

Nec facit quod statutum non excludat fœminas, nisi ab hæreditate dotantis, 48  
quia dum Septimia dotata fuit etiam in bonis Maternis, & signanter in parte hære-  
ditatis Luca Fei Francicæ obvenia, quam Romæ possidebat, Septimia procul du-  
bito remanet exclusa ab hæreditate Matris, & sic cessat titulus hæreditatis, ultra quod  
in dictis Septimiam non constat adivisile hæreditatem Maternam, prout de jure re-  
quiritur, quoniam filius, vel filia, sive agendo, sive excipiendo tenetur probare adi- 49.  
tamen hæreditatis matris, eo quia in ea non datur suitas ut in parte. Alexan. conf. 132.  
num. 2. lib. 6. Magon. decif. Lucen. 62. num. 14. Rota coram Manic. decif. 198. num. 7. 50

In Romana domus 27. Novembris 1619. coram bon. mem. Card. Sacrazo.  
Minus subsistit, quod Philippus secundus Marinos Francicæ lucratus fuerit 50  
teniam partem doris ejusdem Francicæ prædefinita secundum supradictum statu-  
tum M. Filatranii. quia fuit dictum, standum esse statuto domicili viri, non autem  
uxori, & sic attendendum esse statutum Lauretanum, quod non defert lucrum do- 51  
tale, ut emittat Rota in Pernina lucri doris. 9. Novembris 1599. coram Iusto inter im-  
pres. par. 4. divers. decif. 741 sub num. 2. 51 in Bononiens. doris 7. Februarii 1620. confir-  
mata. 14. Iunii eiusdem anni coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in puncto, 52  
quod statutum originis uxoris non sit attendendum ad istum effectum lucridotalis,  
sed statutum domicili viri, vel dispositio iuriis communis decidit. Alex. conf. 100. num.  
12. vol. 3. quem refert, & sequitur Surd. confil. 549 fore per tot. & presertim num. 5. 53 6.  
prout non applicatur decif. Bononiens. doris de Carandini 22. Maii 1619. coram bon. mem. 53  
Buratto, quia in illo casu maritus & uxor erant ambo de terra Centi, in qua erat sta-  
tutum de lucro doris, & sic bene firmavit Rota deberi lucrum; in isto autem casu, 54  
in civitate Laureti non adest tale statutum.

Sed nec etiam pars adversa potest juvari statuto M. Filatranii, quia non proba-  
vit qualitatem restitutionis doris infra annum absque litigio, prout requirit dictum 55  
statutum.

Illa vero qua ultimo loco opponebatur contra decisionem sub praetextu, quod  
sententia ad favorem D. Rinuccini lata, sit injusta, ex quo fuit fundata in instrumen-  
to census facti per Simonem Minorem 25. annis sine solemnitatibus requisitis à  
constitutione Marchiar, quæ ipso jure annullat contractus sine dictis solemnitatibus 56  
factos, DD. visa fuerunt sufficienter sublata ex deductis in decisione, & illa potius  
adduci ad impediendam resolutionem, & involvendum factum, quam ad alium fi-  
nem, quia certum est, quod de hac nullitate non potest opponi per Riccardos, qui  
non sunt hæredes Simonis impositoris; unde intrat conclusio, quod contractus ee- 57  
lebratus cum minore absque solemnitatibus statuaris est nullus minore volente, at  
ipse

ipso nolente est validus, & teneat cum solemnitates sint inductæ ad favorem nostrorum ex allegatis in fine decisionis, quæ revidetur, & ratificatio ejusdem Simoni inducta ex lapsu quinquennii post maiorem ætatem una cum solutione fructuum eius excludit ea omnia, quæ possent opponi ad destruendum contractum.

Ex quibus cum validitas, & justitia immissionis concessæ D. Rinuccino temneat abunde justificata, meritò fuit illi concessa manutentio, prout in alia decisio-

que utraque parte informantे fuit confirmata.

## DECISIO XLVII.

Matrimonium contractum coram Episcopo & testibus de jure sustinetur, quamvis in dispensatione Apostolica demandatum esset, ut contraheretur coram Parocho & testibus, & quid si matrimonium fuisset celebratum in loco exempto à jurisdictione ipsius Episcopi, an requiratur licentia Parochi?

R.P.D. G H I S L E R I O.

*Decis. 233.  
par. 10. re-  
cent.*

Tullen. Matrimonii.

Veneris 26. Junii 1648.

### S U M M A R I U M.

- |   |   |   |  |
|---|---|---|--|
| 1 | Remissoria ut concedatar an sit necessaria probatio.  | 4 | Remissoriam quando Rota nunquam soleat denegare, & num. seq.   |
| 2 | Equalitas in judiciis servanda est, & si unus fuit admittit ad probandum, alter quoque admitti debet. | 7 | Probations de sylo Rota congregari non debent.   |
| 3 | Actor & Reus ad imparia non debent judicari.  | 8 | Matrimonium contractum ante dispensationem ob impedimentum consanguinitatis est nullum, & an. & qro. |